Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

dixit nescire illum diem quia in magisterio eius non erat ut sciret uel ut nobis; neq:
enim aliquid scit pater quod filius nescit. cum ipsa scientia patris illa sit; quae
sapientia patris illa sit. quae sapientia eius. est; Est autem sapientia eius filius
eius uerbum eius. sed qua sciret nobis non proderat quod quidem ille nouerat
quinos docere uenerat; Non tamen hoc quod nobis nosse non prodesset poterat.
Non solum sicut magis aliquid docuit. sed sicut magister aliquid. non tacuit;
Magister enim sciebat & docere quod proderat & non docere quod oberat;
Sicut enim quodam genere locutionis nescire. filius hominis dicitur. quod non
docet; Ideo nescire dicitur. quod nescire nos facit; Quomodo cotidie lo
quimur modo quodam utendi locutionis. lacum diem. quia lacos nos facit;
& tristem diem. quia tristes nos facit. & frigus pigrum. quia pigros nos facit;
Quomodo contrarie dicitur. ad nō nunc cognouerit dictum. est. abrahae. Nunc cogno
ui. quia tunc temporis dm. hoc est. dis nouerat & ante illam probationem; Nam illa
probatio ideo facta est. ut nos nosse mus quod dis. iam nouerat; Et propter
nos docendos. conscribere ait quod ante documentum ille nouerat; & for
tasse ipsi abraham. nondum nouerat. quasi uires habere & fide sua;
Unus quisq: enim se temtatione tamquam interrogatus agnoscit. sicut
petrus. quasi uires habere. fide sua utiq: nesciebat; Quando dixit
dno tecum usq: ad mortem; Ons autem qui nouerat eum. praedixit.
ibi deficere & renuntians. illi infirmitatem eius tamquam tabauena
cordis eius; Proinde petrus quia ante temtationem praesumsit de se.
In temtatione didicit se; sic ergo non absurde sentimus; & patrem
nostrum abraham cognouisse uires fidei suae ibi iussum unicum filium
non dubitabit; Nec trepidauit ei offerre quia dederat. quia quem
admodum nesciuit unde datus erat. nondum natum sic credidit
posse reparare. immolatum; Dixit ergo dis. nunc cognoui quod
intellegimus cognoscere & tale fecit; Secundum locutiones quas com
mendauimus pigram quod frigos faciat. & lacum diem quod
lacus faciat; sic cognoscens quod cognoscentem faciat; Inde est
illud. temptat dns sicuti uester ut sciat si diligit eum; dabis enim
profecto de nostro immo uero magnam ignorantiam. quod
utiq: sacrilegum est. si intellegis si sic acceperis; temtat uos. ut sciat
tamquam ipse de nostra temptatione concipiat sententiam in quo
erat ante ignorantia; sed quid est. temtat uos. ut sciat; temtat uos
ut sciere uos faciat; Accipite ergo a contrario regulam intellegentiae.